


BOLETIN  OFICIAL  
DEL  
OBISPAZO DE OSMA.

**Sumario de este número** — Carta Encíclica de Su Santidad á los Prelados del Canadá sobre la necesidad de instruir cristianamente á los niños.— Indulgencias á los que aprenden ó enseñan la doctrina cristiana.— Relación de los Sres. Sacerdotes que han practicado los Santos Ejercicios espirituales en la *primera tanda*.— Casos de conciencia para las Conferencias morales de 4 y 18 del mes de Agosto.— Aclaración del art. 389 del Código civil.— Real orden sobre exhumación de un cadáver indebidamente enterrado en el cementerio civil.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
**LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XIII**  
EPISTOLA ENCYCLICA  
AD ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM  
ORDINARIOS FOEDERATARUM  
CIVITATUM CANADENSIVM PACEM ET COMMUNIONEM  
CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS.

*Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis aliisque locorum  
Ordinariis foederatarum civitatum Canadensium pacem et  
communionem cum Apostolica Sede habentibus,*

LEO PP. XIII  
VENERABILES FRATRES:

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Affari vos, quod perlibenter atque amantissime facimus, vix  
Nobis licet, quin sua sponte occurrat animo vetus et constans  
Apostolicae Sedis cum Canadensibus vicissitudo benevolentiae  
consuetudoque officiorum. Ipsiis rerum yestrarum primordiis co-

mitata Ecclesiae catholicae caritas est: maternoque semel acceptos sinu, amplexari vos, fovere, beneficiis afficere numquam postea desiit. Certe immortalis vir Franciscus de Laval Montmorency, primus Quebecensium episcopus, quas res proavorum memoria pro salute publica felicissime sanctissimeque gessit. Neque alio ex fonte auspicia atque orsus agendarum rerum cepere consequentes episcopi, quorum tanta extitit magnitudo meritorum. Similique ratione, si spatium respicitur vetustiorum temporum, non istuc commeare nisi nutu missuque Sedis Apostolicae consuevere viorum apostolicorum generosi manipuli, utique cum christiana sapientiae lumine elegantiorum cultum atque artium honestissimarum semina allaturi. Quibus seminibus multo eoram ipsorum labore sensin maturescentibus, Canadensium natio in contentiōnem urbanitatis et gloriae cum excultis gentibus sera, non impar, venit.—Istae sunt res Nobis omnes admodum ad recordationem jucundae; eo vel magis, quod earum permanere fructus cernimus non mediocres. Ille profecto permagnus amor in catholica multitidine studiumque vehemens divinae religionis, quam scilicet majores vestri primum et maxime ex Gallia, tum ex Hibernia, mox quoque aliunde, auspicato advecti, et ipsi sancte coluerunt et posteris inviolate servandam tradiderunt. Quamquam, si optimam hanc hereditatem tuetur posteritas memor, facile intelligimus quantam hujus laudis partem sibi jure videlicet vigilantia atque opera vestra, venerabiles Fratres, quantam etiam vestri sedulitas Cleri: omnes quippe, concordibus animis, pro incolumitate atque incremento catholici nominis assidue contenditis, idque, ut vera fateamur, non invitis neque repugnantibus Britannici imperii legibus. Itaque communium recte factorum vestrorum cogitatione adducti, cum No romanae honorem purpurae Archiepiscopo Quebecensium aliquot ante annis contulimus, non solum ornare viri virtutes, sed omnium istic catholicorum pietatem hororifico afficere testimonio voluimus.—Ceterum de institutione laborare ineuntis aetatis, in qua et christiana et civilis reipublicae spes maximae nituntur, apostolica Sedes numquam intermisit, con juncto vobiscum et cum decessoribus vestrīs studio. Hinc constituta passim adolescentibus vestrīs ad virtutem, ad litteras erudien dis complura eademque in primis florentia, auspice et custode Ecclesia, domicilia. Quo in genere eminet profecto magnum Lyceum Quebecense, quod ornatum atque auctum omni jure legitimo ad legum pontificiarum consuetudinem, satis testatur, nihil

esse quod expectat studeatque apostolica Sedes vehementius, quam aducere civium sobolem expositam litteris, virtute commendabilem. Quamobrem summa cura, ut facile per vos ipsi judicabitis, animum ad eos casus adjecimus, quos catholicae Manitobensium adolescentulorum institutioni novissima tempora attulere. Volumus enim et velle debemus omni, qua possumus, ope et contentione eniti atque efficere ut fides ac religio ne quid detrimenti capiant apud tot hominum millia, quorum Nobis maxime est commissa salus, in ea praesertim civitate qua christianaे rudimenta doctrinae non minus quam politioris initia humanitatis ab Ecclesia catholica accepit. Cumque ea de re plurimi sententiam expectarent a Nobis, ac nosse cuperent qua sibi via, qua agendi ratione utendum, placuit nihil ante satuere, quam Delcgatus Noster apostolicus in rem praesentem venisset: qui, quo res statu essent exquirere diligenter et ad Nos subinde referre jussus, naviter ac fideliter effectum dedit quod mandaveramus.

Caussa profecto vertitur permagni momenti ac ponderis. De eo intelligi volumus, quod septem ante annis legumlatores Provinciae Manitobensis concessu suo de disciplina puerili decrevere: qui scilicet, quod leges Canadensis foederis sanxerant, pueros professione catholica in ludis discendi publicis institui educarique ad conscientiam animi sui jus esse, id jus contraria lege sustulere. Qua lege non exiguum importatum detrimentum. Ubi enim catholica religio aut ignoratione negligitur, aut dedita opera impugnatur: ubi doctrina ejus contemnitur, principiaque unde digniturn repudiantur, illuc accedere, eruditionis causa, adolescentulos nostros fas esse non potest. Id sicubi factitari sinit Ecclesia, non nisi aegre, ac necessitate sinit, multisque adhibitis cautionibus, quas tamen constant ad pericula declinanda nimium saepe non valere.—Similiter ea deterrima omninoque fugienda disciplina, quae, quod quisque malit fide credere, id sine ullo discrimine omne probet et aequo jure habeat, velut, si de Deo rebusque divinis rectene sentias an secus, vera an falsa secteris, nihil intersit. Probe nostis, venerabiles Fratres, omnem disciplinam puerilem, quae sit ejusmodi, Ecclesiae esse judicio damnatam, quia ad labefactandam integritatem fidei tenerosque puerorum animos a veritate flectendos nihil fieri perniciosius potest.

Aliud est praeterea, de quo facile vel ii assentiantur, qui cetera nobiscum dissident: nimirum non mera institutione litteraria non solivaga jejunaque cognitione virtutis posse fieri, ut alumni ca-

tholici tales e schola aliquando prodeant, quales patria desiderat atque expetat. Tradenda eis graviora quaedam et majora sunt, quo possint et christiani boni et cives frugi probique evadere: videlicet informentur ad ipsa illa principia necesse est, quae in eorum conscientia mentis alte insederint, et quibus parere et quae sequi ex file ac religione sponte efflorescunt. Nulla est enim disciplina morum digna quidem hoc nomine atque efficax, religione posthabita. Nam omnium officiorum forma et vis ab iis officiis maxime ducitur, quae hominem jungunt jubenti, vetanti, bona malaque sancienti Deo. Itaque velle animos bonis imbuere moribus simulque esse sincere religionis expertes tam est absonum, quam vocare ad percipiendam virtutem, virtutis fundamento sublato. Atqui catholico homini una atque unica vera est religio catholica: propterea nec morum is potest, nec religionis doctrinam ullam acciperé vel agnoscere, nisi ex intima sapientia catholica petitam ac depromptam. Ergo justitia ratioque postulat, ut non modo cognitionem litterarum alumnis schola suppeditet, verum etiam eam, quam diximus, scientiam morum cum praeceptionibus de religione nostra apte conjunctam, sine qua nendum non fructuosa, sed perniciosa plane omnis futura est institutio. Ex quo illa necessario consequuntur: magistris opus esse catholicis libros ad perlegendum, ad ediscendum, non alios, quam quos epis copi probarint, assumendo: liberam esse potestatem oportere constituendi regendique omnem disciplinam ut cum professione catholici nominis, cumque officiis quae inde proficiscuntur, tota ratio docendi discendique apprime congruat atque consentiat.— Videre autem de suis quemque liberis, aqud quos instituantur, quos habeant vivendi praeceptores, magnopere pertinet ad patriam potestatem. Quocirca cum catholici volunt, quod et velle et contendere officium est, ut ad liberorum suorum religionem institutio doctoris accommodetur, jure faciunt. Nec sane iniquius agi cum iis queat, quam si alterutrum malle compellantur, aut rudes et indoctos, quos procrearint, adolescere, aut in aperto rerum maximarum discrimine versari.

Ista quidem et judicandi principia et agendi, quae in veritate justitiaque nituntur, nec privatorum tantummodo, sed rerum quoque publicarum continent salutem, nefas est in dubium revocare, aut quoquo modo deserere Igitur cum puerorum catholicorum institutionem debitam insueta lex in Manitobensi Provincia perculisset vestri munera fuit, venerabiles Fratres, illitam injuriam

ac perniciem libera voce refutare: quo quidem officio sic perfuncti singuli estis, ut communis omnium vigilantia ac digna episcopis voluntas eluxerit. Et quamvis hac de re satis unusquisque vestrum sit conscientiae testimonio commendatus, assensum tamen atque approbationem nostram scitote accedere: sanctissima enim ea sunt, quae conservare ac tueri studiis, studetis.

Ceterum incommoda legis Manitobensis, de qua loquimur, per se ipsa monebant, opportunam sublevationem mali opus esse concordia quaerere. Catholicorum digna causa erat, pro qua omnes omnium partium aequi bonique cives consiliorum societate summaque conspiratione voluntatum contenderent. Quod, non sine magna jactura, contra factum. Dolendum illud etiam magis, catholicos ipsos Canadenses sententias concorditer, ut oportebat, minime in re tuenda junxisse, quae omnium interest plurimum: cuyus prae magnitudine et pondere silere studia politicarum rationum, quae tanto minoris sunt, necesse erat.

Non sumus nescii, emendari aliquid ex ea lege coeptum. Qui foederatis civitatibus, quique Provinciae cum potestate praesunt, nonnulla jam decrevere minuendorum gratia incommodorum, de quibus expostulare et conqueri catholici ex Manitoba merito insistunt. Non est cur dubitemus, susceptum id aequitatis amore fuisse consilioque laudabili. Dissimulari tamen id quod res est, non potest: quam legem ad sarcienda damna condidere, ea manca est, non idonea, non apta. Multo majora sunt, quae catholici pertinent, quaque eos jure petere, nemo neget. Praeterea in ipsis illis temperamentis, quae excogitata sunt, hoc etiam inest vitii quod, mutatis locorum adjunctis, carere effectu facile possunt. Tota ut res in breve cogatur, juribus catholicorum educationique puerili nondum est in Manitoba consultum satis: res autem postulat, quod est justitiae consentaneum, ut omni ex parte consulatur, nimirum in tuto positis debitoque praesidio septis iis omnibus, quae supra attigimus, incommutabilibus augustissimisque principiis.—Cui quidem rei nihil obesse potest discordia pejus: conjunctio animorum est et quidam quasi concentus actionum pernecessarius. Sed tamen cum pervenienti eo, quo propositum est et esse debet, non certa quaedam ac definita via sit, sed multiplex, ut fere sit in hoc genere rerum, consequitur varias esse posse de agendi ratione honestas easdemque conducibiles sententias. Quamobrem universi et singuli meminerint modestiae, lenitatis, caritatis mutuae: videant ne quid in verecundia peccetur, quam alter

alteri debet: quid tempus exigat, quid optimum factu videatur, fraterna unanimitate, non sine consilio vestro, constituant, efficiant.

Ad ipsos ex Manitoba catholicos nominatim quod attinet, futuros aliquando totius voti compotes, Deo adjuvante, confidimus. Quae spes primum sane in ipsa bonitate caussae conquiescit: deinde in virorum, qui res publicas administrant, aequitate ac prudentia, tum denique in Canadensium, quotquot recta sequuntur, honesta voluntate nititur. Interea tamen, quamdiu rationes suas vindicare nequeant universas, salvas aliqua ex parte habere ne recusent. Si quid igitur lege, vel usu, vel hominum facilitate quadam tribuatur, quo tolerabiliora damna, ac remotiora pericula fiant, omnino expedit atque utile est concessis uti, fructumque ex iis atque utilitatem quam fieri potest maximam capere. Ubi vero alia nulla mederi ratione incommodis liceat, hortamur atque obsecramus, ut aucta liberalitate munificentiaque pergant occurrere. Non de salute ipsorum sua, nec de prosperitate civitatum mereri melius queant, quam si in scholarum puerilium tuitionem contulerint, quantum sua cuique sinat facultas.

Est et aliud valde dignum, in quo communis vestra elaboret industria. Scilicet vobis auctoribus, iisque adjuvantibus, qui scholis praesunt, instituere accurate ac sapienter studiorum rationem oportet, potissimumque eniti ut, qui ad docendum accedunt, affatim et naturae et artis praesidiis instructi accedant. Scholas enim catholicorum rectum est cum florentissimis quibusque de cultura ingeniorum, de litterarum laude, posse contendere. Si eruditio, si decus humanitatis quaeritur, honestum sane ac nobile iudicandum Provinciarum Canadensium propositum, augere ac provehere pro viribus expertentium disciplinam institutionis publicam, quo politius quotidie ac perfectius quiddam contingat. Atqui nullum est genus scientia, nulla elegantia doctrinae, quae non optime possit cum doctrina atque institutione catholica consistere.

Hisce omnibus illustrandi ac tuendis rebus, quae hactenus dictae sunt, possunt non parum, ii ex catholicis prodesse, quorum opera in scriptione praesertim quotidiana versatur. Sint igitur memores officii sui. Quae vera sunt, quae recta, quae christiano nomini reique publicae utilia, pro iis religiose animoque magno propugnant: ita tamen ut decorum servent, personis parcant, modum nulla in re transiliant. Vereantur ac sancte observent episcoporum auctoritatem, omnemque potestatem legitimam: quanto

autem est temporum difficultas major, quantoque dissensionum praesentius periculum, tanto insistant studiosius suadere sentiendi agendique concordiam sine qua vix aut ne vix quidem spes est futurum ut id, quod est in optatis omnium nostrum, impetretur.

Auspicem caelestium munera, benevolentiaeque Nostra paternae testem accipite apostolicam benedictionem, quam vobis, venerabiles Fratres, Clero populoque vestro peramanter in Dominò impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VIII decembris, anni MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri vicesimo.

LEO PP. XIII.

---

Indulgencias y gracias concedidas á todos los que aprendan ó enseñen la Doctrina cristiana.

---

El Papa Paulo V, en la Const. *Ex credito nobis*, de 6 de Octubre de 1607, á más de elevar á Archicofradía, la Congregación de la Doctrina cristiana, establecida en la Basílica de San Pedro bajo la dirección de los PP. Doctrinarios, con muchas facultades é indulgencias, comunicables á otras cofradías semejantes establecidas fuera de Roma y agregadas á la misma en cada diócesis, concede perpétuamente las siguientes, confirmadas por Gregorio XV en 27 de Septiembre de 1622:

A todos los fieles que ocuparen media hora en aprender la Doctrina cristiana, ó asistieren oyendo su declaración, cien días de perdón, y lo mismo ganan los que se ocuparen en su enseñanza.

Los que en los días de las Estaciones de Roma concurrieren á la Iglesia ú Oratorio aprobado á oir la Doctrina y aprenderla, ganan las mismas indulgencias que ganarian si visitasen las Iglesias de dichas Estaciones.

Los días de Estación en Roma son 81 cada año, y en ellas se gana indulgencia plenaria y otras parciales.

Todos los padres y madres de familia que en su casa declararen la Doctrina á sus hijos, criados y domésticos, por cada día que lo hicieren cien días de perdón.

Todos los que fueren causa y ocasión de que vayan otras cualesquiera personas á la Doctrina Cristiana ganan doscientos días de perdón y quiere Su Santidad que todas estas indulgencias sean perpetuas.

Todos los dichos, habiendo confesado y comulgado, ó si eso no pudieren, estando contritos, invocando el nombre de Jesús, ó á lo menos con el corazón si no pudieren con la boca en el artículo de la muerte, ganan indulgencia plenaria ó remisión de todos sus pecados.

Los mismos que cada mes una vez confesaren y comulgaren, ganan siete años y siete cuarentenas de perdón.

Todos los maestros que los días de fiesta llevasen á sus discípulos á la Doctrina, y se la enseñaren, ganan siete años de perdón. A los que en los días de trabajo la enseñaren en propia escuela, cien días. Y lo mismo ganan las maestras de niñas.

Todos los que tienen costumbre de enseñar la Doctrina cristiana, si visitaren algún enfermo, ganan doscientos días de perdón cada vez que lo hicieren.

A los fieles de cualquier edad que acostumbren reunirse en las escuelas ó iglesias para aprender la Doctrina cristiana, y se confiesen todas las fiestas de la Virgen, tres años de indulgencia; y si comulgan, otra indulgencia de siete años, haciéndolo devotamente.

Clemente XII, en su Breve de 27 de Junio de 1735 añade otra de siete años y siete cuarentenas á todos los fieles cada vez que, confesados y comulgados, asistan al Catecismo ó lo enseñen; y á los que tengan la piadosa costumbre de asistir ó enseñarlo,

indulgencia plenaria en la Natividad del Señor, Pascua de Resurrección y festividad de los Apóstoles San Pedro y San Pablo.

(Del *B. E. de Madrid-Alcalá.*)

---

## EJERCICIOS ESPIRITUALES DEL CLERO.

---

*Relación de los Sres. Sacerdotes que han practicado los Santos Ejercicios espirituales en la PRIMERA TANDA que dió principio el dia 2 de Julio de 1893.*

Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo Dr. D. José María García Escudero y Ubago.

### CLERO CATEDRAL.

M. I. Sr. D. Antonio Marquez, Arcipreste.

M. I. Sr. D. Pelayo Ruiz, Canónigo.

M. J. Sr. D. Felipe G.<sup>a</sup> Escudero y G.<sup>a</sup> del Valle, Canónigo Bibliotecario.

D. Cándido Zendoya, Beneficiado.

» Ciriaco Areso, idem.

» Pedro Acón, idem.

### CLERO COLEGIAL.

M. I. Sr. D. Gregorio María Gamarra, Abad.

D. Vicente Molina, Canónigo.

» Juan Plaza, Magistral.

» Cosme García, Canónigo.

» Anastasio del Campo, Beneficiado.

### SEMINARIO CONCILIAR.

D. Juan Gimeno, Catedrático.

### CLERO PARROQUIAL.

#### *Arciprestazgo de Almajano.*

D. Isidro Gonzalez, Párroco de Fuentecantos,

» Roque Martínez, idem de Portelárbol.

» Manuel Cascante, idem de Castilfrío.

» Pedro Romero Pérez, idem de La Losilla.

» Marcos Sanz, idem de Los Villares.

» José Estoduto, idem de Nieva.

**Arciprestazgo de Almarza.**

- D. Lorenzo Ayuso, Párroco de Tera.  
» Eusebio Mallo, idem de Portelrubio.

**Arciprestazgo de Andaluz.**

- D. Francisco Sanz, Párroco de Valverde los Ajos.  
» Luis Delgado Parra, idem de Fuentepinilla.  
» Víctor Poza, idem de Fuentelárbol.  
» Nicolás Delgado, idem de Ventosa de Fuentepinilla.  
» Santiago Crespo, Ecónomo de Valderrueda.

**Arciprestazgo de Aranda de Duero.**

- D. Julián Marfagón, Párroco de Fuentespina.  
» Norberto Villar, idem de Villalba.  
» Claudio Alvarez, Coadjutor de Santa María de Aranda.

**Arciprestazgo de Aza.**

- D. Deogracias García, Arcipreste, párroco de Adrada.  
» Protasio Félix Rubio, Párroco de Fuentenebro.

**Arciprestazgo de Cabrejas del Pinar.**

- D. Isidro Gonzalo, Arcipreste, párroco de Herreros.  
» Romualdo Delgado, Párroco de La Muedra.  
» Roque Calvo, idem de Cantalucia.  
» Casimiro Lopez, idem de Cabrejas del Pinar.

**Arciprestazgo de Calatañazor.**

- D. Domingo Martinez, Párroco de Las Fraguas.  
» José María Igea, idem de Fuentelaldea.  
» Francisco Morales, idem de La Cuenca.

**Arciprestazgo de Coruña del Conde.**

- D. Francisco Madrid, Párroco de Peñalba de Castro.  
» José Gutierrez, idem de Quintanilla Nuño Pedro.  
» Víctor Perez, Ecónomo de Valdeande.

**Arciprestazgo de Derroñadas.**

- D. Emeterio Macarrón, Párroco de El Royo.  
» Eustaquio Rubio, idem de Santervás.  
» Gerónimo Vinuesa, idem de Hinojosa de la Sierra.  
» Pedro Lucia, Regente de Villaverde.

**Arciprestazgo de Gónara.**

- D. Nicanor Corchón, Párroco de Aliud.  
» Manuel Olarte, idem de Zárabes.  
» Juan Güemes, idem de Abión.  
» Daniel María Gallardo, idem de Aldealafuente.

**Arciprestazgo de Gormáz.**

- D. Francisco Nuñez, Párroco de Brías.  
» Estanislao Laborda, idem de Mosarejos.  
» Pedro Portillo, idem de Quintanas Rubias de Abajo.

**Arciprestazgo de Gumiel de Izán.**

- D. Martín Baños, Párroco de Villalvilla de Gumiel.  
» Julián Marcide, idem de Oquillas.

**Arciprestazgo de Gumiel de Mercado.**

- D. Bruno López, Arcipreste, párroco de Gumiel de Mercado.  
» Severiano Benito, Párroco de La Aguilera.  
» M. Jesús García, idem de Villatuelda.  
» Benito Velasco, idem de La Orra.  
» Antonio Sanz, Coadjutor de Sotillo de Roa.

**Arciprestazgo de Guzmán.**

- D. Plácido Alvarez, Párroco de Villaescusa.  
» Jesús Corredor, idem de Quintanamanvirgo.  
» Wenceslao Sanz, Regente de Guzmán.

**Arciprestazgo de Hinojosa del Campo.**

- D. Simeón Garijo, Párroco de Hinojosa del Campo.

**Arciprestazgo de Huerta de Rey.**

- D. Andrés de la Peña, Párroco de Arauzo de Salce.  
» Vicente Nuñez, idem de Mamolar.

**Arciprestazgo de Osma.**

- D. Gumersindo González, Párroco de Alcubilla del Marqués.  
» Tiburcio Cabezudo, idem de Sotos del Burgo.  
» Laureano Romero, idem de Lodares de Osma.  
» Primitivo Santos, idem de Valdenebro.  
» Basilio Delgado, idem de La Olmeda.  
» Eugenio Abarrátegui, Coadjutor del Burgo de Osma.

**Arciprestazgo de Palaeios de la Sierra.**

- D. Santiago Carazo, Párroco de Regumiel.  
» Pascual Santo Domingo, idem de Villanueva de Carazo.  
» Aureliano de Pedro, idem de Aldea del Pinar.

**Arciprestazgo de Peñaranda de Duero.**

- D. Tomás Illana, Párroco de Baños de Valdearados.

**Arciprestazgo de Peroniel**

- D. Casto Moñux, Párroco de Peroniel.  
» Gaspar Vicente, idem de Fuentetecha.

**Arciprestazgo de Rabanera del Campo.**

- D. Gumersindo Alonso. Párroco de Almarail.  
» Cecilio Sanz, idem de Rabanera del Campo.  
» Alejandro Benito, idem de Ituero.

**Arciprestazgo de Reznos..**

- D. Pedro Martín, Párroco de La Alameda.

**Arciprestazgo de Roa.**

- D. Alfonso Oquillas, Párroco de Oyales.  
» Casimiro Leal, idem de S. Martín de Rubiales.  
» Cayo Gonzalez, idem de Valcabado.

**Arciprestazgo de San Estéban de Gormáz.**

- D. Luis Escribano, Párroco de Villálvaro.  
» Pedro Romero, idem de Rejas de S. Estéban.  
» Celedonio Abad, idem de Soto de S. Estéban.  
» Blas Lusilla, idem de Olmillos.  
» Pio Ruiz, Coadjutor del Rivero de S. Estéban.

**Arciprestazgo de Santa María las Hoyas.**

- D. Rafael Peña, Párroco de Arganza.  
» Leandro Modamio, idem de Espeja.  
» Mariano del Amo, idem de Guijosa.  
» Pedro Perez, idem de Fuencaliente.

**Arciprestazgo de Soria**

- D. Constancio Amezua, Párroco de S. Clemente de Soria.

### Arciprestazgo de Torlengua.

D. Plácido Ortega, Párroco de Serón,  
» José Heras, idem de Cañamaque.  
» Fructuoso Lozano, idem de Miñana.  
» Eliseo González, idem de Bliecos.

### Arciprestazgo de Villabuena.

D. Cipriano Aylagas, Arcipreste párroco de Las Cuevas de Soria.  
» Hilario Ciriano, Párroco de Los Llamosos.  
» Juan Agüera, idem de Villaciervos de Abajo.

---

AGENDA IN COLLATIONE 7.<sup>a</sup> DIE 4 AUGUSTI 1898.

#### QUAESTIO MORALIS.

**Opinio in genera quid, quid vero opinio probabilis? In quo sita est probabilitatis essentia et efficacia? Tumior quando sequenda? Quas opiniones licet sequi, cum de solo licito vel illico agitur? An etiam vere et solide probabilem? Qui dubitat, an cuiquam obligationi satisfecerit, teneatur eamdem adimplere?**

#### CASUS.

Georgius, haeres, innixus probabili Doctorum sententia, admittit ut validum testamentum in ejus favorem conditum, tametsi aliqua ex formis legalibus destitutum; sed ipsemet, in mutata sententia, juridice postulat et obtinet irritationem alterius testamenti pariter informis in gratiam famuli cuiusdam conditi, ut hujus nullitate obtenta, sibi ipsi haereditatem acquirat. De utraque percepta haereditate se accusat, quid ei respondebit confessarius, utrum scilicet obligationem restituendi aliquid eidem injunget?

QUAESTIO LITURGICA.

**Quando ex quator Missis defunctorum unaquaeque dicenda? Quando permittitur et prohibetur Missa exequialis, et qualis esse debeat ut in duplice vel aequivalenti celebretur?**

AGENDA IN COLLATIONE 8.<sup>a</sup>, DIE 18. AUGUSTI.

QUAESTIO MORALIS.

**Legis definitio, ac conditiones; in quo differt a precepto; Quinam in Ecclesia leges ferre possunt? Objetum legis, et an se extendat ad actus heroicis, indiferentes, internos ac mixtos?**

CASUS.

H., Sacerdos, desiderio flagrans Christi fideles invera fide confortandi eisque sacramenta occulte ministrandi, in loginquam proficiscitur regionem, in qua scit sacerdotibus catholicis sub paena capitis omne etiam privatum religionis exercitium omnino esse interdictum: alias cum certus sit Romae editam fuisse constitutionem quamdam quidpiam praecipientem suae saluti nec non consuetudini in suo loco jam pridem vigenti oppositum, sciscitur an teneatur in conscientia sese praefatae constitutioni accommodare, quippe quam scit Romae promulgatam, immo et apprime observatam Quid ad utrumque respondebit confessarius?

QUAESTIO LITURGICA.

**Quid intelligitur per anniversarium? Quibus diebus permittitur et quae in eo orationes dicendae? Quandonam prohibetur Missa privata de Requiem?**

---

**Aclaración del artícu'o 389 del Código civil en favor  
del Párroco de Simancas.**

---

Amenazando ruina parte de la torre de la Iglesia de Simancas, los Sres. Cura párroco y Alcalde, unidos, procuraron allegar

recursos para el derribo de lo ruinoso. Para ello recibieron donativos que á cada uno de estas Autoridades se entregaron por diferentes personas. Contaban, además, para el arreglo y cubierta de la torre, una vez rebajada, con el valor de materiales desmontados, entre otras cosas una fuerte y bien estimada cubierta de plomo que tuvo la primitiva torre. El Sr. Alcalde se incautó de los plomos para disponer de ellos como le pareciese para la obra de la torre. El Sr. Cura párroco los anunció en venta en pública subasta, y acudió al Sr. Gobernador civil reclamando la administración de aquellos valores. A su instancia ha contestado el Sr. Gobernador civil lo que sigue:

GOBIERNO CIVIL DE LA PROVINCIA DE VALLADOLID.—Con esta fecha digo al Alcalde de esa villa lo siguiente:

Vista una instancia presentada en este Gobierno por D. Ramundo Cuadrado González, Cura párroco de esa villa, en la que recurre contra la resolución de esa Alcaldía por virtud de la cual se decretó la ocupación por el Ayuntamiento del plomo y materiales procedentes del derribo de la cúpula y cimborio de la torre de la Iglesia de esa villa.—Visto el informe emitido por esa Alcaldía:

Considerando que al tratarse de una obra en la Iglesia parroquial cae directamente bajo la jurisdicción del Sr. Cura párroco, pues bien es cierto que interesa á todos los feligreses de la Parroquia y al público en general, la autoridad eclesiástica es la competente para hacerse cargo de todos los efectos que proceden del derribo de la parte de la Iglesia que se haya declarado ruinosa, para con el producto de su venta atender á las reconstrucciones necesarias:—Considerando que entre las Autoridades eclesiástica y civil debe existir siempre la mayor armonía para la consecución de sus respectivos fines, evitando todo motivo de disgusto:

He acordado inmediatamente *restituya* Ud. al Sr. Cura párroco 2.172 kilos de plomo, procedentes de la torre, que hoy se encuentran depositados en el Ayuntamiento, verificándose el transporte por empleados del municipio ó á costa de éste; absteniéndose para lo sucesivo de entrometerse en las cuestiones que tan directamente afectan á la Iglesia, por tener esta Sociedad autoridades á quienes compete en primer lugar velar por sus derechos e intereses.

Lo traslado á Ud. para su conocimiento y como resolución á su instancia de 22 de Abril, último y efectos consiguientes. Dios

guarde á Ud. muchos años. Valladolid 25 de Mayo de 1898.—  
Román Martín.—Sr. Cura párroco de Simancas.

Real orden sobre inhumación de un cadáver  
indebidamente enterrado en cementerio civil.

MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA.

SECCIÓN 5.<sup>a</sup>—NEGOCIADO I.<sup>o</sup>

Ilmo. Sr.: El Sr. Ministro de Gracia y Justicia dice con esta fecha al de la Gobernación, lo que sigue:

«Vista la comunicación del Vicario Capitular de Toledo en que trascibe la del Párroco de Camuñas, pueblo de aquella diócesis y provincia, pidiendo instrucciones para la exhumación del cadáver de la niña María de la Piedad Sanchez de la Calle. Resultando: que dicha niña fué enterrada en el Cementerio civil del mencionado pueblo á petición de sus padres. Resultando: que la finada sólo contaba dieciseis meses de edad en la fecha de su fallecimiento y que estaba bautizada. Considerando: que á esa edad no pudo separarse libremente de la Comunión de la Iglesia católica. Considerando: que la Real orden de 8 de Noviembre de 1890, dada de acuerdo con el Consejo de Estado y publicada en la *Gaceta* con carácter general, resuelve que á la Iglesia únicamente corresponde declarar quiénes mueren perteneciendo ó no á su seno: S. M. la Reina (q. D. g.), Regente del Reino, en nombre de su augusto Hijo, se ha servido disponer que por ese Ministerio de su digno cargo se ordene al Alcalde de Camuñas que por cuenta de los responsables del sepelio se aisle la sepultura de la niña María de la Piedad Sanchez, hasta que cumplido el tiempo que la ley de Sanidad señala para la exhumación, puedan ser trasladados los restos al Cementerio católico.

De Real orden comunicada por el Sr. Ministro expresado lo traslado á V. E. para su conocimiento y efectos consiguientes. Dios guarde á V. E. muchos años.

Madrid 6 de Mayo de 1898.—El Subsecretario, *Manuel Benayas Portocarrero*.—Sr. Vicario Capitular de Toledo.»

(B. E. de Toledo.)